



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, 1613

Cap. 2. De virtutis delectu p[er] hebdomadas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48543)

*Cap. 2. De virtutis delectu per hebdomadas.*

**P** Ræter eam virtutem, quæ singulorum mensium certamini præfigitur, per singulas hebdomadas virtus alia ab vnoquoque seligenda est: cui, ijs paucis diebus, accuratissimè studeat.

2 Eligetur hæc virtus exhortationis tempore, pro cuiusq; desiderio ex antea acta rei meditatione cõcepto, quo in euētu, non eadē, vt ex se patet, ab omnibus eligetur: sed Magister a singulis, quam virtutē optent, sciscitabitur; singulorumq; optatis annuet, nisi malè eligēdo errēt. Vel certè Magister ipse salutarem fore vniuersis discipulis virtutem vnā conspicuens; eam omnibus, hebdomada illa, colendam iniunget.

3 Meminerit virtuti parādē media præscribere, & ad sanctum vt lillimi huius exerciti) propositum indefessè Novitios adhortari. Ex frequentia enim electionis, obrepit modicæ æstimationis tentatio; quæ animi vires eneruat.

4 Quādo autem Novitij singuli ordinatè interrogati virtutes diuersas eligent;

**§**

do-

docebit, quo pacto in eligenda virtute  
indigentia propria rationem habere  
debeant: vt scilicet eam optent, qua  
magis indigere cognoscunt.

5. Hortabitur, vt post eam electionem  
vnusquisque in propria illorum Instru-  
ctione, electa virtutis caput legat: actu  
notet ac discat: rationes, quibus animus  
ad opus incenditur, expendat.

6. Studio, ac labore cuiusque per experi-  
menta probato, plerumque expediet, vt  
virtutem eandem quis saepius eligat, per  
hebdomadas aliquot proximas; donec  
iterato exercitio, nonnullos, aut certe  
multos progressus se in ea virtute fecisse  
se sentiat. Quod tunc praesertim expedi-  
re videtur, cum passione aliqua, vehe-  
mentius infestatur. Ipsa quippe vexatio-  
nis magnitudo postulat, vt remedium  
idem, cum appositum sit, & repetitum  
animam per sanare possit, a Magistri qual-  
prudentis medici consilio identidem  
applicetur.